





Gospel for the Third Sunday After Epiphany


Tonus ad libitum


D  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.


 Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Mattháe-um. R̄. Glóri-a ti-bi Dómine.

I  -n illo témpore: Cum descendíset Jesus de monte, secútæ sunt e-um


 turbæ multæ: et ecce leprósus véni-ens adorábat e-um, dicens: Dómine, si


 vis, potes me mundá-re. Et exténdens Jesus manum, té-ti-git e-um, dicens:

 Vo-lo, mundá-re. Et conféstim mundá-ta est lepra e-jus. Et a-it il-li Jesus:


 Vide, némi-ni díxe-ris: sed vade, osténde te sacer dó-ti, et offer munus,

 quod præcépit Mó-yses, in testimóni-um il-lis. Cum autem intro-ísset Caphar-


 na-um, accéssit ad e-um centúri-o, rogans e-um, et dicens: Dómine, pu-er




me-us jacet in domo para-lý-ticus, et ma-le torqué-tur. Et a-it il-li Jesus:




Ego véni-am, et curábo e-um. Et respóndens centúri-o, a-it: Dómine, non




sum dignus ut intres sub tectum me-um: sed tantum dic verbo, et sanábi-




tur pu-er me-us. Nam et ego homo sum sub potestáte consti-tútus, habens



sub me mí-li-tes, et dico hu-ic: Vade, et vadit: et á-li-i: Veni, et venit; et




servo me-o: Fac hoc, et fa-cit. Audi-ens autem Jesus, mi-rátus est, et



sequéntibus se di-xit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Isra-ël.




Dico autem vobis, quod multi ab Ori-énte et Occidénte véni-ent, et recúm-




bent cum Abraham, et I-sa-ac, et Jacob in regno cælórum: fí-li-i autem



regni e-ji-ci-éntur in ténebras exte-ri-óres: i-bi e-rit fletus, et stridor dén-



ti-um. Et di-xit Jesus centuri-óni: Vade, et sicut credi-dísti, fi-at ti-bi.



Et sanátus est pu-er in illa hora.